

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῶ ἐπάρχω πραιτωρίων. Θεσπίζομεν, εἴ τις τελευτῶν εὐσεβῆ ποιοῖτο διατίπασιν ἢ κατὰ ἐνστάσεως τρόπον ἢ κατὰ ληγάτον ἢ κατὰ fideicommisson ἢ κατὰ mortis causa δωρεάν ἢ καδ' ἑτερον οἰονδήποτε² νόμιμον, εἴτε ἐπισκήψει τῷ κατὰ καιρὸν ἐπισκόπῳ πρόνοιαν τίθεσθαι τοῦ πληρωθῆναι τὰ παρ' αὐτοῦ βεβουλευμένα, εἴτε καὶ σιγήσει τοῦτο, εἴτε καὶ τὸνναντίον ἀπαγορεύσειεν, ἀνάγκη ἔχειν τοὺς κληρονόμους τὸ ἐπιταχθὲν ποιεῖν καὶ πληροῦν ἐκ τρόπου παντός. εἰ δὲ τοῦτο ἐκόντες μὴ ποιήσαιεν, τηρικᾶντα τοὺς κατὰ τόπον θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους περιεργάζεσθαι ταῦτα καὶ ἀπαιτεῖν αὐτοὺς πάντα πληροῦν κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ τελευτήσαντος. 1 Ἀλλ' εἰ μὲν οἰκοδομὴν ἐκκλησίας ἐπιτάξειεν ὁ διαθήμενος, εἰσω τριετίας πάντως παρασκευάζειν αὐτὴν πληροῦσθαι, εἰ δὲ ξενῶνος ποιήσιν, εἰσω ἑνὸς ἐνιαυτοῦ μόνον τοῦτο ποιεῖν ἀναγκάζεσθαι, ὡς ἱκανοῦ τοῦ χρόνου τούτου καθεστῶτος πληρῶσαι τὰ βεβουλευμένα τοῖς τετελενηκόσι· δυνατὸν ὄν καὶ οἶκον μισθώσασθαι καὶ τοὺς ἀρρώστους ἐγκατακλίνειν, ἄχρῃ οὐ τὰ τῆς οἰκοδομίας τοῦ ξενῶνος περαιωθῆιη. 1a Εἰ δὲ τινα δοῦναι πρὸς ἅπαξ εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας προσταχθεῖεν, παρασχῆμα καταναγκάζειν αὐτοὺς τοῦτο ποιεῖν, τυντέστι μετὰ τὴν τῆς διαθήκης ἐμφάνισιν καὶ τὸ καταδεξασθαι τὸν κληρὸν ἢ τὸ περιβῆ σβεῖον τοὺς τούτοις τετιμημένους. Εἰ δὲ παρέλθοι ὁ εἰρημένος χρόνος καὶ μήτε ἡ ἐκκλησία ἢ ὁ ξενῶν οἰκοδομηθῆιη μήτε ξενοδοχοῖη ὁ τοῦτο ἐπιτεταχμένος, τηρικᾶντα αὐτοὺς τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀπαιτεῖν τὰ ὑπὲρ τοῦτον καταλειμμένα καὶ εἰς τοῦτο προσηκόντως ἐπιζητούμενα, καὶ ποιῆσθαι καὶ τὰς οἰκοδομίας τῶν ἀγνωστάτων ἐκκλησιῶν καὶ τὴν τῶν ξενῶνων ἢ νεοοντοκουσιῶν ἢ ὀρανοτοσοφειῶν κατασκευῆν ἢ πτωχοτροφειῶν ἢ νοσοκομειῶν ποιήσιν ἢ τοῦ αἰχμαλωτῶν ἀγορασίαν ἢ ἑτέραν οἰονδήποτε πράξιν εὐσεβῆ τῷ τελευτήσαντι δόξασαν, προβάλλεσθαι δὲ τοὺς ταῦτα διοικήσοντας ξενοδόχους ἢ ὀρανοτρόφους ἢ βροφοτρόφους ἢ γεροντοκόμους ἢ ἀπλῶς τῶν εὐσεβῶν πράξεων διοικητὰς τε καὶ ἐπιμελητὰς, οὐκέτι δυναμένων μετὰ τὴν τοῦ εἰρημένου χρόνου διαδρομῆν καὶ τὴν εἰρημένην ἀγνωμοσύνην τῶν τοῦτο μὴ ποιησάντων ἐμβάλλειν ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν εἰρημένων πραγμάτων διοίκησιν ἢ τοὺς θεοφιλεστάτους 2 ἐπισκόπους ἀφιστᾶν τῆς αὐτῶν διοικήσεως. Τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν ἀνάγκη ἐπιτιθέντων τοῖς κληρονόμοις ἐκ τρόπου παντός ταῦτα 2a πληροῦν. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῖς παλαιοῖς διηγήρενται νόμοις ἀνάγκη ἐπιτιθέναι πληροῦν τὰς τῶν τελευτώντων βούλας τοὺς ἔχειν ἐπιμένους, ἅπερ ἐκείνοι 3 κατέλειπον. Τοὺς δὲ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, εἰ μὲν τινὰς ὁμῶς οἱ τελευτῶντες ἐπιστήσαιεν τοῖς πράγμασιν, οἷον ξενοδόχους ἢ πτωχοτρόφους ἢ νοσοκόμους ἢ βροφοτρόφους ἢ ὀρανοτόφους ἢ γεροντοκό-

μους ἢ παραμοναρίους ἢ οἰκονόμους ἢ ἀπλῶς τῶν εὐσεβῶν πράξεων διοικητάς, ἐκείνους μὲν εἶναι ἔχουσιν τῆς οὐκ ἐπιμελείας, αὐτοὺς δὲ μὴ οὐκ ἐπιμελεῖν, τὴν οὐκ οὐκ ἐπιμελεῖν αὐτῶν ἐποπτεύειν καὶ ὁρθῶς μὲν ἔχουσιν ἐπιμελεῖν, κατὰ τι δὲ παραβαινομένην ἐπανορθοῦν, κακίστης δὲ τῆς διοικήσεως γινομένης καὶ ἀπελαύνειν ἐκείνους καὶ ἑτέροισι ἐγκαθίστασθαι ἐννοοῦντας τὸ τοῦ μεγάλου Θεοῦ δέος, καὶ τὴν φοβερὰν τῆς μεγάλης καὶ ἀτελετητῆτος κρίσεως ἡμέραν, πρὸς ἣν αὐτοὺς ἀποβλέποντας προσήκει πάντα πράττειν μετὰ τῆς πρὸς Θεὸν ἁ συντεταμένης γνώμης. Εἰ δὲ μὴ ὁρθῶς τινὰς οἱ τελευταῖοντες ἐπιστήσασιν ταῖς διοικήσεσιν, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν κληρονόμων ἐξουσίᾳ τὸ πᾶν ἀπόθουντο, οἱ δὲ ῥαθυμήσασιν, τηρικαῦτα αὐτοὺς τοὺς Θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους καὶ διοικεῖν καὶ προβάλλεσθαι πτωχοτρόφους ἢ νοσοκόμους ἢ ξενοδόχους ἢ ὀρφανοτρόφους ἢ βοσκοτρόφους ἢ γεροντοκόμους ἢ οἰκονόμους ἢ μέγαν Θεὸν κατὰ τοῦν ἔχοντας σέβας, ὥστε ἐκ τρόπου παντὸς καὶ ἐκ πάσης οδοῦ καὶ ἐκ πάσης μηχανῆς 4 εἰς ἔργον ἀγεσθαι τὰ εὐσεβῶς διατεταγμένα. Ἐπεὶ δὲ τοῦ χρόνου παντός, ὃν ἂν ὑπέροθουντο πράξαι τὰ διατυπωθέντα οἱ γεγραμμένοι κληρονόμοι, ἀπαιτεῖσθαι αὐτοὺς καὶ καρπὸν καὶ προσόδους καὶ πᾶσαν νόμιμον ἐπαύξησιν ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς τοῦ διατεμένου τελευτῆς Θεσπίζομεν, οὐ σκοπομένης τῆς μορῆς ἀπὸ προκατάρξεως ἢ αἰτιώσεως, ἀλλ' ἀντὶ τῶ νόμου δοκούσης γίνεσθαι τῆς καλουμένης μορῆς χώραν λαμβανούσης τῆς τῶν καρπῶν καὶ τῶν τοιούτων 5 προσθήκης. Ἀντιοῦ τούτου κρατοῦντος, εἰ καὶ μὴ παρὰ κληρονόμου, ἀλλὰ παρὰ fideicommissariu ἢ ληγαταρίου καταλειφθεῖ τὸ τοιοῦτο εὐσεβὲς πρεσβεῖον καὶ τοῦτο καταδέχεται ὁ τῶ πρεσβεῖω τετιμημένος· καὶ τηρικαῦτα δὲ ἀδείαν εἶναι τοῖς Θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἀπαιτεῖν τοὺς τοιούτους τισὶ τετιμημένους 6 πράξαι τὰ διατεθέντα. Εἰ δὲ ῥαθυμήσασιν οἱ κατὰ τὸν Θεοφιλεστάτοις ἐπίσκοποι τοῦτο πράξαι, ἴσως ἐκθεραπευθέντες παρὰ τῶν γεγραμμένων κληρονόμων ἢ legatariῶν ἢ fideicommissariῶν, ἀδεία ἐστὶ καὶ τῶ μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας ἢ τῶ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς ἐκείσε διοικήσεως ταῦτα μανθάνοντι ἀναζητεῖν καὶ καταναγκάζειν τὸ εὐσεβὲς ἔργον ἢ τὴν εὐσεβῆ φιλοτιμίαν ἐκ τρόπου πληροῦσθαι παντὸς καὶ παντὶ τῶ βουλομένῳ τῶν πολιτῶν τοῦτο πράττειν· κοινῶν γὰρ ὄντος τοῦ τῆς εὐσεβείας λόγου κοινὰς προσήκει καὶ τὰς σπουδὰς τῆς τούτου καθεστάναι πληρώσεως· ἔχοντος παντὸς ἀδείαν ἐκ τοῦδε ἡμῶν τοῦ νόμου κινεῖν τὸν ex lege condictionis καὶ ἀπαιτεῖν τὰ καταδεχόμενα πληροῦσθαι. Εἰδότες τοῦ ῥαθυμοῦντος τούτων Θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου, ὡς καὶ αὐτὸς πρὸς ταῖς ἐξ οὐρανοῦ ποιναῖς καὶ βασιλικῆς κινήσεως 7 ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ἀμελείας πειραθεῖται. Ὅπως δ' ἂν ἐπι μείζονι φόβῳ κατασχεθέντες οἱ κληρονόμοι τῶν τελευτώντων ἢ οἱ ταῖς τοιαύταις ὅλως ἀγαθαῖς πράξεσι βεβαρημένοι μὴ τὴν τούτων ποιῆσιν διαναβάλλουντο, καὶ τοῦτο Θεσπίζομεν, ὥστε, εἰ ἐνοχληθέντες παρὰ τῶν Θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων οἱ τοῦτοις τετιμημένοι εἴτα διαναβάλλουντο, ὡς καὶ τῆς τῶν

ἀρχόντων εἰσπράξεως δεηθῆναι, τηρικαῦτα μὴ μόνον αὐτοὺς ἀπλοῦν τὸ καταλελειμμένον εἰσπράττεσθαι, ἵα ἀλλὰ πάντως διπλάσιον. Εἰ γὰρ ἐν τοῖς παλαιοῖς ἦν τινα θέματα, ἐφ' ὧν ἐξ ἀρνήσεως διπλάσια τὰ τῆς καταδικῆς ἠπείγετο, πῶς οὐ κἀνταῦθα τοὺς μηδὲ ἐκόντας ποιήσαντας, ἀλλὰ καὶ χρόνον ἀναμεινάντας καὶ ὕστερον ὀχληθέντας παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων εἶτα μηδὲ τούτοις εὐθὺς εἴξαντας, δεηθέντας δὲ καὶ ἀρχικῆς ὀχλήσεως, τῇ τοῦ διπλασίου 8 ἀπαιτήσῃ προσήκει σωφρονίζεσθαι; Εἰ δὲ οἱ τελευτῶντες τοὺς ἑαυτῶν κληρονόμους βουληθῆεν, ἥνικα μέλλοιεν τελευτᾶν, πρῶξιν τινα πληροῦν εὐσεβῆ, ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ αὐτῶν ζωῇ, καὶ τοῦτο φυλάττεσθαι καὶ μὴ ἐν μέσῳ τοὺς κληρονόμους ἀναγκάζεσθαι πράττειν τι, ὧν ὁ διαθίμενος μετὰ τὴν αὐτῶν τελευτὴν ἤβουλήθη γενέσθαι, τελευτῶντας δὲ αὐτοὺς ἀνάγκην ἔχειν ἐκ τρόπου παντὸς ταῦτα πληροῦν. ἀναβολῆς δὲ τινος παρὰ τῶν ἐκείνου κληρονόμων γενομένης ἀνάγκη ταῦτα 9 γίνεσθαι, ἅπερ ἐμπροσθεν διευτύωσαμεν. Εἰ δε τινα τῶν καλουμένων ἀναλλίων προσβείων καταλειφθεῖη ἢ δωρηθεῖη κλήρω τυχόν ἢ μοναστηρίοις ἢ ἀσκητοῖσι ἢ διακονίσσαις ἢ πτωχείοις ἢ ξενώσιον ἢ νοσοκομείοις ἢ μνηστροφείοις ἢ τοῖς τῶν αγιωτάτων ἐκκλησιῶν πτωχοῖς ἢ ἀπλῶς συστήμασί τισιν εὐαγέσιν ἢ ὅλως οὐκ ἀπηγορευμένοις τῶν ἐκ πλήθους ἡθροισμένων, βουληθῆεν δὲ κατὰ τινα καιρὸν οἱ τηρικαῦτα εὐρισκόμενοι χρυσίον ὑπὲρ τῆς τοιαύτης πράξεως λαβόντες διαλύεσθαι, μὴ ἐξέστω τούτο ποιεῖν μηδὲ τὸ γινόμενον κύριον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἐκπτώσιν τῶν χρημάτων ὁ ταῦτα ἀνησάμενος ἢ διαλυσάμενος ὑπομε- 10 νῆται. Ἐπείτοιγε ἀνάγκη τοῖς μὲν ἐν τινι μέρει τοῦ χρόνου γενομένοις εἶναι χρημάτων ἀφθονίαν, τοῖς δὲ γε ἐπιγενομένοις παντελῆ τῶν καταλελειμμένων στέρησιν, οὐ φυλαχθήσεται δὲ οὐδὲ αὐτὸ τὸ τῶν ἀναλλίων ὄνομα οὐδὲ ἡ διηνεκῆς τοῦ τελευτήσαντος μνήμη, δι' ἣν καὶ τὸ ἀνάλλιον τούτο καταλείοιπεν, ἀλλ' εὐθὺς ἀποσβεσθήσεται τῇ τῶν καταλελειμμένων 11 συναπολλύμενον ἐκποίησει. Μένειν τοίνυν διηνεκῶς αὐτοὺς ἐνεχομένους ταῖς τοιαύταις δόξεσι θεσπίζομεν, ὥστε καὶ εἰ τις γένοιτο ἐκποίησις, καὶ ταύτην ἄκυρον εἶναι καὶ τοὺς ὀτεδήποτε προστησομένους τῶν εὐαγῶν οἰκῶν ἀδειαν ἔχειν κινεῖν καὶ ἀπαιτεῖν αὐτὰ, οὐδεμίαν χρόνον παραγραφῆς ἀντικειμένης αὐτοῖς διὰ τὸ καθ' ἕκαστον ἔτος τὴν τοιαύτην τίκεσθαι ἀγω- 12 γῆν. Ἀλλ' ὑποθήκην εἶναι τὰ τοῦ καταλείναντος πράγματα τοῖς τοιούτοις προσβείοις, ὥστε ἀδειαν ἔχειν ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὸ ἱκανὸν ταῖς εὐαγέσι πράξεσι περιγίνεσθαι οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς καταλελειμμένοις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ καρποῖς αὐτῶν καὶ προσόδοις καὶ πάσῃ νομίμῳ ἐπανξήσει χρονίας, καθὰ προεῖρηται, οὐδὲ τοῖς κατέχουσι παραγραφῆς ἀρμόζειν 13 δυναμένης, ὅπόσον ἂν τις ἀριθμήσειε χρόνον. Πλήν εἰ μὴ μεταξὺ τοῦ τε τῷ ἀναλλίῳ προσβείῳ βεβαρημένον τὸ τε κατὰ τοὺς ἱερατικὸν κανόνας καὶ τοὺς ἡμετέρους νόμους προεσταῶτος τῆς τοιαύτης ἀπαιτήσεως γένοιτο σύμφωνον βουλόμενον πρόσοδον ἀντι

τοῦ ἀνναλίου πρεσβείου δοθῆναι παρὰ τούτου τοῦ
 βεβαρημένου εὐθαλή καὶ δημοσίοις πολλοῖς οὐκ ὑπο-
 κειμένην, ἀλλὰ καὶ προσθήκην ἔχουσαν πάντως μὲν
 οὐκ ἐλάττονα τοῦ τετάρτου μέρους τῆς καθαρᾶς προσ-
 ὄδου, ἐπειτοίγε ὅπόσον ἂν μεταξύ αὐτῶν ἐπὶ τὸ
 14 πλέον δόξειεν. Εἰ μὲν γὰρ τι τοιοῦτο ἔγγραφον
 γένηται σύμφωνον καὶ δοθείη ἢ τοιαύτη πρόσοδος
 καὶ ἀναληφθεὶς ἔγγραφοι συνθήκαι καὶ διαλύσεις
 καὶ τοῦτο ἐμφανῆς ἐπὶ πράξεως υπομνημάτων κατα-
 σταίη, ἀργεῖν τὴν ἀπαιτήσιν τοῦ ἀνναλίου ληγᾶτου
 κατὰ τοῦ ταύτη βεβαρημένου θεσπίζομεν, αὐτὴν δὲ
 τὴν πρόσοδον ἀντὶ τοῦ πρεσβείου καθεστάναι διηνε-
 κῶς εἰς τούτο ἀφωρισμένην καὶ ἐκποιεῖσθαι παρ' οὐ-
 δενὸς καθ' οἰονδήποτε ἐκποιήσεως σχῆμα δυναμένην .
 15 Οὐδενὸς δὲ τοιούτου παρακολουθῶντος ὑποκει-
 σθαι διηνεκῶς κατὰ τὸ ἐμπροσθεν παρ' ἡμῶν εἰρη-
 μένον τῇ δόσει τῶν ἀνναλίων πρεσβείων τοῖς τοιού-
 τοις βεβαρημένους θεσπίζομεν, ὥστε τὸ ὄνομα καὶ
 τὴν μνήμην τοῦ τελευτήσαντος τοῦ τε ἀνναλίου πρε-
 σβείου ἐπὶ αὐτῶν τῶν ἔργων διηνεκῶς διασώζεσθαι.
*D. xv k. Nov. Constantinopoli Lampadio et Oreste
 conss.* [a. 530]

id est:

Idem A. Iuliano pp.

Sancimus, si quis moriens piam dispositionem faciat vel institutionis
 modo vel per legatum vel per fideicommissum vel per mortis causa
 donationem vel per quemlibet alium legitimum modum, sive pro tempore
 episcopo curam iniunxerit, quo ea quae disposuerit impleantur,
 sive de hoc tacuerit, sive e contrario eum prohibuerit, necesse esse
 heredibus facere et implere omnimodo quae ordinata sunt: quod si sponte
 non faciunt, tum religiosissimi locorum episcopi de iis acquirant
 atque eos conveniant, ut omnia secundum defuncti voluntatem impleantur.

1 ¶ Ac si quidem ecclesiam aedificari defunctus iussit, infra triennium
 omnino eam extruendam curent, sin xenonem, infra unum annum eum
 facere cogantur, cum hoc tempus ad defunctorum voluntatem implendam
 sufficiat: possunt enim et domum conduci ibique aegroti deponi possunt,
 dum xenonis extractio perficiatur.

1a ¶ St quid vero semel dare in pias causas iussi sunt, statim id facere
 cogantur, id est postquam testamentum apertum est hereditatemque
 vel legatum ii quibus ea relicta sunt adquisierunt.

1b ¶ Quod si memoratum tempus praeteriit neque ecclesia vel xenon
 aedificatum est neque xenodochi officio fungitur, cui hoc commissum est,
 tum episcopi ipsi exigant, quae in eam rem relicta sunt et ad id competenter
 expetuntur, et procurent aedificationem sacrosanctarum ecclesiarum
 et xenonum vel gerontocomiorum vel orphanotrophiorum institutionem
 vel ptochotrophiorum vel nosocomiorum extructionem vel captivorum
 redemptionem vel alium quemcumque pium actum qui defuncto placuerit,
 ac praeficiant eorum administrationi xenodochos vel orphanotrophos
 vel brephotrophos vel gerontocomos vel denique piarum causarum

administratores curatoresque, ut ex supra dicti temporis lapsu memorataque contumacia qui id non fecerint non amplius se memoratae rerum administrationi immiscere vel religiosissimos episcopos ab earum administratione excludere possint.

2 ¶ Viri autem clarissimi provinciarum praesides necessitatem heredibus iniungant omnimodo haec implendi.

2a ¶ Sane enim iam veteribus legibus definitum est cogendos esse ad defunctorum voluntatem implendam eos, quibus quae illi reliquerunt tenere permissum est.

3 ¶ Verum si quos specialiter defuncti rebus praeposuerunt, velut xenodochos ptochotrophos nosocomos brephotrophos orphanotrophos gerontocomos paramonarios oeconomos vel denique piarum causarum administratores, illos administrationem habere sinant neque ipsi administrent, sed eorum administrationem inspiciant et, si recte se habet, collaudent, si quid praetermittitur, emendent, si vero pessime geritur, illos expellant aliosque instituant, qui magni dei timorem in mente habeant et terribilem magni aeternique iudicii diem, cuius respectu omnia eos intento in deum animo facere oportet.

3a ¶ Sin autem defuncti nullos specialiter administrationi praeposuerunt, sed heredum arbitrio totum permiserunt, ii autem id praetermittant, tum religiosissimi episcopi et administrent et ptochotrophos vel nosocomos vel xenodochos vel orphanotrophos vel brephotrophos vel gerontocomos vel oeconomos vel paramonarios vel administratores praeponent, qui et ipsi magni dei verecundiam habeant, ut omni modo, omni ratione, omni subsidio quae pie instituta sunt ad effectum perducantur.

4 ¶ Pro omni autem tempore, quo scripti heredes quae iussi sunt facere supersederint, fructus et redditus atque omne legitimum augmentum inde a morte testatoris ab iis exigi iubemus, ut mora non incipiat ex litis contestatione vel interpellatione, sed, quasi lege ipsa quae dicitur mora interveniat, ita fructuum aliorumque id genus accessio locum habeat.

5 ¶ Idemque valeat, si non ab herede, sed a fideicommissario vel legatario eiusmodi pium legatum relictum fuerit iique quod sibi relictum est adquisierint: nam et hoc casu liceat religiosissimis episcopis convenire eos qui ita honorati sunt, ut iussa exsequantur.

6 ¶ Quod si religiosissimi locorum episcopi id facere neglegunt, corrupti fortasse a scriptis heredibus vel legatariis fideicommissariisve, tam provinciae metropolitano vel archiepiscopo eius dioecesis, cui hoc compertum est, anquirere et efficere, ut pium opus vel pia donatio omnimodo impleatur, quam cui voluerit civium id facere licebit, cum enim pietatis ratio communis sit, commune etiam studium esse debet, ut ea impleantur, quilibet igitur ex hac nostra lege condictionem ex lege actionem instituere et agere poterit, ut quae relicta sunt impleantur.

6a ¶ Sciat autem religiosissimus episcopus qui ea in re neglegens fuerit, se et caeli poenas et imperatoriam indignationem, propter talem neglegentiam experturum.

7 ¶ Quo autem maiore metu territi heredes defunctorum vel omnino ii quibus talia opera bona imposita sunt ea facere non differant, etiam hoc sancimus, ut si ita onerati interpellati a religiosissimis episcopis adhuc differant, ut vel apud praesides agi debeat, iam non solum in simplum quod relictum est, sed in duplum omnino conveniantur.

7a ¶ Si enim in veteri iure quidam casus erant, in quibus ex infitiatione lis in duplum crescebat, quare non et in hoc casu eos qui non sponte faciant, sed et tempus terant et postea admoniti a religiosissimis episcopis deinde ne his quidem statim oboediant, sed ad praesidalem usque exactionem veniant, dupli exactione castigari convenit?

8 ¶ Quod si defuncti heredes suos cum morientur quid fieri iusserint, non dum vivunt, et hoc observetur neque in medio tempore heredes quicquam eorum facere cogantur, quae post mortem eorum testator fieri voluit, mortis vero tempore necesse eis sit omnimodo ea implere, dilatione autem ab illius heredibus facta ea fieri debent quae supra definivimus.

9 ¶ Si vero annua quae dicuntur legata relicta vel donata fuerint clero forte vel monasteriis vel ascetriis vel diaconissis vel ptochiis vel xenonibus vel nosocomiis vel brephotrophiis vel sacrosanctarum ecclesiarum pauperibus vel denique quibuslibet piis corporibus vel plane collegiis non prohibitis, ii autem, qui certo tempore inveniuntur, velint auro semel pro eo actu accepto transigere, non liceat hoc facere neque, si factum sit, valeat, verum etiam amissionem pecuniae qui haec redemit vel transegit patiatur.

10 ¶ Alioquin eveniat necesse est, ut, qui certo tempore in eo corpore sunt, pecuniis abundant, qui vero postea accedunt, iis quae relicta sunt in totum careant, neque ipsum annuorum nomen neque perpetua defuncti memoria servetur, cuius gratia hoc annum reliquit, sed extinctis iis quae relicta sunt statim oblitteretur.

11 ¶ Quare perpetuo eos talibus dationibus obligatos manere iubemus, ut etsi alienatio facta sit, et haec irrita sit et pro tempore antistitibus venerabilium domorum liceat agere easque exigere neque uda temporalis praescriptio eis obstet, cum talis actio unoquoque anno nascatur.

12 ¶ Hypothecae autem pro eiusmodi legatis defuncti res subiectae sint, ut ex his rebus piis actibus satis fieri liceat non tantum pro iis quae relicta sunt, sed etiam pro fructibus et redditibus eorum omnique legitimo augmento: nec temporalis praescriptio, secundum quod dictum est, detentoribus competere potest, quantumcumque tempus quis numeret.

13 ¶ Praeterquam si inter eum cui annum legatum impositum est eumque qui secundum sacratissimos canones nostrasque leges tali exactioni praepositus est pactum factum sit, ut pro annuo legato detur redditus uber nec multis oneribus publicis gravatus, qui et accessionem habeat non minorem, omnino quarta meri redditus parte, vel si quid amplius inter eos convenerit.

14 ¶ Nam si tale pactum in scriptis fit et talis redditus traditus ac pacti transactionisque instrumento comprehensus idque gestorum confectione palam factum est, anniti legati exactionem contra eum qui eo oneratus est cessare iubemus, ipsum autem redditum in legati locum succedere perpetuo ad id destinatum neque a quoquam ulla alienandi ratione alienari posse.

15 ¶ Sin autem nihil tale subsequitur, perpetuo secundum quod supra a nobis dictum est annuorum legatorum dationi eos, qui talibus onerati sunt, obnoxios esse decernimus, ut nomen et memoria defuncti annuique legati in ipsis operibus perpetuo conservetur.